

RECENS HABITAE 49

in tali configuratione. Orientalior distabat a se-
quenti *min. 3.* sequens a Ioue *min. 1. sec. 50.* Iupiter
ab occidentalisequenti *min. 3.* hæc vero ab occi-

Ori. * *  * * Occ.

dentaliore *min. 7.* erant fere æquales, orientalis
tantum Ioui proxima reliquis erat paulo minor;
erantque in eadem recta Eclipticæ parallela.

Die 19. Ho. 0. *min. 40.* Stellæ duæ solummo-
do occidæ a Ioue conspectæ fuerunt satis ma-
gnæ, & in eadem recta cum Ioue ad vnguem, ac

Ori.  * * Occ.

secundum Eclipticæ ductum dispositæ. Propin-
quior a Ioue distabat *m. 7.* hæc vero ab occidenta-
liore *min. 6.*


Die 20. Nubilosum fuit cœlum.

Die 21. Ho. 1. *min. 30.* Stellæ tres satis exiguæ
cernebantur in hac constitutione. Orientalis a-
berat a Ioue *min. 2.* Iupiter ab occidentali sequen-

Ori. *  * * Occ.

te. min. 3. hæc vero ab occidentaliore *min. 7.* erant
ad vnguem in eadem recta Eclipticæ parallela

Die 25. Ho. 1. *min. 30.* (nam superioribus tri-
bus noctibus cœlum fuit nubibus obductum)
tres apparuerunt Stellæ. Orientales duæ, quarum

Ori. * *  * * Occ.

distantiæ inter se, & a Ioue æquales fuerunt, ac
min. 4. Occidentalis vna aberat a Ioue *min. 2.* Erant
in eadem recta ad vnguem, secundum Eclipticæ
ductum.

D